

Hannover die letzteus 3 Brüder

(= 44) 1) Pancratius, Johannes de

Sphaerium apud certiorum.

(Leipzig: Druckerei des Caposthofs, 1485-1489)

Hain 14 215

BMB. II, L. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vergilius, Maffeiis (nicht: Vitruvius)

De veritate et phalsa lettha
Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain 14 943

BMB. II, L. 632

3. Februar 1611.

Ec. 8

(= 46) Elegia de amore et amicis (Mercklin)
Leipzig: Konrad Kachelofen nicht nach 14 827

EPITHALAMIA

IN HONOREM
AMPLISSIMI, AC
PIETATE, PRUDENTIA,
doctrina morumq; integritate præ-
stantissimi viri Dn. CHRISTIANI
MACKII, publici Notarii
dignissimi,

A C

LECTISSIMAE PVDI-
cissimeq; virginis Margaretae, pre-
stantissimi viri Dn. Iacobi Mulleri,
Illustriss. Pr. Anhalt. olim
Secretarij relictæ
filiæ.

Nuptias celebrantium Deslaviae
8. Id. Novembris Anno 98.

Scripta ab amicis.

S E R V E S T Æ,
Imprimebat Iohannes Schlier,
Anno cœl. 151C.



Vcet in humanis divina poten-
tiarebus,
Lucet amor, bonitas, cura q̄
summa Dei.

Ille bonus terras formavit, &
alta, polumq;,
Atq; potens nutu concutit ista suo.

Ille virum limo fecit, somnoq; sepulti
Exitit è costà fæmina facta viri:

Fæmina, quæ latas complevit semine terras,
Fæmia, quæ damnis commoda mista tulit.

Factus & hinc ordo, quo nil præstantius Orbe,

Vni quo vivit fæmina iuncta viro.

Huic Dominus præstò est, & ut huic sua munia
prætent

Aligerum cætus, semper adesse iubet.
Ipse maritorum pœnam ob delicta reposcit,
Et miris tollit vulnera facta modis.

A 2

Ipse

Ipse simul, natos dum corrigit, ardet amore
Ipsorum, nec opus vult perijisse suum.
Tristia convertit prudenter, ut inde redundant
Lata: solent latis tristia sàpè sequi.
Quisquis es, ò nimium non extollare secundis!
Quisquis es, ò nunquam deiiciare malis!
Sàpè quis est lapsus, quò surgeret altius, idem
Elatus sàpè est, altius ut rueret.
Sàpè pluit, steriles imber fæcundet ut agros,
Floreat ut quercus flaccida sàpè pluit.
Omnia mutantur, ceu nos mutamur: Σ inde
In populo Dominus se probat esse suo.
Forsitan exemplū petis, hæc quo dicta probetur:
Exemplum vivum si petis, ecce fero:
Aspice qui castam Sponsus sibi iungit amicam.
Tentarunt telis ut fera fata suis:
Sustulit huic sociā mors horrida, sustulit Annā,
Quæ fulcimen erat, gemma, decusq; domus.
Lamentis, gemitu resonabant limina, luctu:
Plorabant nati: tristis amicus erat.
Nec dubiū est, vidu⁹ quin mēte reuoluerit ultā:
Heu! mea iam tecum est interitura domus.
Cessavit luctus, quem gaudia mille sequuntur,
Mille voluptates, delitiumq; novum:
Nam

Nā venit in thalamos castissima Margaris , al.
Virgo Deū venerans , virgoq; dignatoro . (mū
Cedite vos illi formosæ cedite Nymphæ :
Margaris hac vītrix sola tropæa refert:
Velsit de formâ , velsit de moribus , acta
Omnis de palmâ lis erit : illa refert.
Huic date pīcta locum vos inter lilia , quorum
Tempore vernali forma relucet agris .
Quod si non vincit vos Margaris : attamen illa
Parerit . Ergo locum cedite quæso pari .
Talis erat quōdam Rachel pulcherrima nymphæ .
Talis & Isacis pulcra Rebecca fuit .
Sic beat ingenuos Deus , & sic respicit illos ,
Quorum pectus habet certa tenaxq; fides .
Hos inter Sponsus nulli probitate secundus
Moribus est cultis , arte fideq; valet .
Nec mea laus hac est : extollunt laudibus ipsum
Vrbs Servest a suo quos alit ampla sinu :
Nec tenues alit illa viros , alit arte potentem
Amlingum , columen dogmatis ille sacri :
Maiorem vatem , quo non præstantior alter :
Proxima iam Phæbi versibus ille facit .
Bersmānum Sophia lumen firmumq; statum ē ,
Discentum doctâ qui colit arte chorum .

A 3

Et

Et si laus varii, ut certe, non ultima vulgi,
Illi tota nomen in urbe volat.
Ipse ego multoties arrestis auribus hausi
Illi in laudes solvere labra viros:
Mackius ille bonus, censum qui colligit, alti
Dogmata sacra Dei iustitiamq; colit.
Talis Noha fuit veteris iustissimus aevi,
Talis Aristides: nomen ut inde tulit.
Salve Sponse, bono superum exoptate parenti,
Salve clarorum flos generose virum.
Fata dedere tibi tandem quam vota volebant,
Vota velint rursus quod pia fata volunt:
Fata volunt, ut vita Deo sit dedita, vitam
Dum tradis, per agis quod pia fata volunt.
Inde domus tua florebit, ceu floret in alto
Dura Cedrus Libano, tutaq; semper erit.
Non vi ventorum, rapido non turbine versa,
Nec tempestatum fluctibus illa cadet.
Quamvis hostis atrox, rugientis more leonis
Hinc atq; inde vagans multa pericla struat.
Sis latus, casumq; bonis solare futuris:
Quae nocuisse putas, experiere bona.
Margaris auxilio stabit domus, aurea vestris
Fulgebit tectis pax, pietas, & amor.
Illi

Illi⁹ in gremium poteris deponere, si qua
Cur tuam mentem tangit & angit edax:
Non te cura gravis premet amplius: illa levabit
Pondere curarum, consiliumq; dabit:
Mulcebitq; animum dictis, quæ plurima fando
Vxores cogit promere dulcis amor.
Inde tuos animos irrepent gaudia, miles
Quanta capit quando victor ab hoste redit.
Sic plaudit quando scopulos vitavit in alto
Nauta suis ratibus littora tutæ petens.
Sic plaudit quando peregrinis exul ab oris
Ad patriæ remeat dulcia tecta suæ.
Sed Deus ad maiora potens vos præmia ducet,
Præmia, quæ Christus sanguine parta tenet.
Pandetur quondam domus omnipotentis Olympi,
Atq; dabunt vobis rura beata locum:
Hic modo firma fides maneat, firmissima cœli
Mœnia quæ superet, vincat & inde Deum.
Hac mihi contingat vobiscum habitare misello,
Simq; sacro vobis fœdere iunctus ego.
Iunctus ero, si, Christe, fide tua iussa capessam:
Christe, volo, modo da fidere posse tibi.

Georgius Sollingus Lutterbergensis
illultris Gymnasij Servestani
alumnus.



ALIVD.

Nunc, Sponso, mea Musa gratulatum
Eia surge novo, cui Iehova
Tam pulcram sociam dat, & suavem;
Qua non basia, Christiane, sed dat
Nectar, qua&q; anima suaveolentem
Dat rorem, atq; thymū dat, atq; nardū,
Et mel, quale iugis legunt Hymetti,
Atq; in Cecropiis apes rosetis:
Qua te suaviolum, columbulamq;
Et te florem anima sua, & salutem,
Et te delicias suas, & aurum,
Et vitam, & Philomelulamq; dicet.

En formam egregiam tua pueræ:
En pulcrum caput, aureosq; crines:
Et blanda ora: corollina ecce labra,
Et dentes niveos, genas tenellas,
Et molles oculos, manus nitentes,
En & brachiolum, lacertulosq;:
En & compositum latus decenter:
Ac artus Scythicis pares pruinis.

O quam

O quam, Sponse, tibi favet secundus
Eventus, frueris quod hac puella.

O longam Pylij videte vitam:
Et dulces date liberos, levabunt
Qui vobis gemitus, toriqꝫ curas.

Isaac Gregorius Servest. illustr. Gy-
mnasij alumnus.



ALIV.D.

IAeta iterum lux hac post nubila tem-
pora surgit, (modo.

Exhilaransqꝫ novo languida corda
Namqꝫ datur Sponso lugenti casta virago,

Qua removet vultu triste supercilium.
Tadis affines his & latantur amici,

Devotas animis concipiuntqꝫ preces.

Christe fave Sponsi his, & connubia firma:

Perpetuo aspersum redde favore torum.

Sed favet; in dextram dignatur tradere Sponso
Sponsam, & utrisqꝫ Patrem se fore mitis ait.

B

Quis

Quis promittenti non toto fidere corde,
Et sperare velit quaq; secunda, Deo?

Jacobus Mullerus Dessa-
viensis.



ALIVD.

Nterris placidè qui vult traducere
vitam,

Is summi faciat iussa vereda Dei.
Hac internon postremas fert Ordo jugalis,

Qui necit castè pectora iuncta duo.

Vtilis ille status sanctè servantibus, atq;
Coniuge nil castà dulcius esse potest.

Cum te dura premunt adversis fata, fidelis

Vxor adest, pressum sublevat uxor ope.

Cum recubas ager, non tam tibi sternere lectum

Quam corpus cupiat condere amicus humo:

Namq; tuis inhiat rebus, si nummulus absit,

Non qui pallentem curet amicus erit:

Illa affixa tuo lateri tibi semper adharet,


Curat, amat, fulcit teq; dolente dolet.

Ergò

*Ergo tuis rebus benè prospicis, optime Sponse,
Dum recolis casti fædera sancta tori.
Esse tibi cura ostendis mandata Iehovæ,
Et, quæ spreta nocent, iussa verenda facis.
Vivite felices, placido vos Numinæ vultu
Aspiciant, bona Pax adsit, et absit Eris.
Vestra domus sic florebit, florebit is ipsi,
Tu Deus ut vigeat Sponsus uterq; dabis:
Inde tibi surgent felici germine nati,
Quorum erit in laudes lingua soluta tuas.*

*Iacobus Bringzu Serve.
stanus.*





Fa 1388,
80



100



101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

101

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

3/Color

Black

White

Centimetres

Inches

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
19

THALAMIA
ONOREM
ISSIMI, AC
, PRUDENTIA,
umq; integritate præ-
ri Dn. CHRISTIANI
i, publici Notarii
ignissimi,
AC
SIMAE PVDI-
inis Margaretæ, præ-
iri Dn. Jacobi Mulleri,
Pr. Anhalt. olim
retarij relictæ
filia.
lebrantium Deslavia
membris Anno 98.
ta ab amicis.
R V E S T Æ,
pat Iohannes Schlier,
no clc l c i c.

33